



The Holy See

IOANNES PAULUS PP. III LITTERAE APOSTOLICAE AD PLENIUS IN REPUBLICA INSULARUM MARSHALLENSIUM
NUNTIATURA APOSTOLICA CONDITUR Ad perpetuam rei memoriam. – Ad plenius confirmandas necessitudinis
rationes, quae inter hanc Apostolicam Sedem et Rempublicam Insularum Marshallensium hoc ipso die feliciter sunt
initiae, simulque ad aptius providendum evangelizationis operi atque spirituali regimini catholicorum fidelium illic
degentium, Nobis per opportunum videtur in memorata Natione Apostolicam Nuntiaturam condere. De communi igitur
utriusque partis voto, audita quoque Congregatione pro Gentium Evangelizatione, summa Nostra potestate harumque
Litterarum virtute in Republica Insularum Marshallensium Nuntiaturam Apostolicam constituimus, factis omnibus iuribus,
privilegiis, honoribus, praerogativis et indultis, quae huiusmodi Legationum, praesertim earum sub iurisdictione
Congregationis, quam diximus, propria sunt. Has denique Litteras, in forma Brevis maioris expeditas, nunc et in posterum
ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus. *Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo*
Piscatoris, die XXX mensis Decembris, anno MCMXCIII, Pontificatus Nostri sexto decimo. ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status © Copyright 1993 - Libreria Editrice Vaticana

Copyright © Dicastero per la Comunicazione - Libreria Editrice Vaticana